

CXII. Inter Asculum et Cupram.

In sinistra ripa Truenti fluvii inter Asculum et Cupram maritimam qui prodierunt tituli ad vicus oppidave Castorano, Cossignano, Monte Prandone, S. Benedetto hoc capite comprehenduntur. In oppido vicino Acquaviva qui repertus est litteris Sabellicis scriptus, eum edidimus de Minicis ann. inst. arch. 21 (1849) p. 411 et ego *unterital. Dialekte* p. 333 tab. 17. Cuius territorii quorumve territoriorum regio haec olim fuerit, parum constat. Truenti nomen quod enuntiant tituli duo Monteprandonenses, confirmat quod per se probabile est ad ipsa ostia utramque ripam Truentinorum fuisse. At Castorano vicus magis est ut Asculanorum fuerit propter tribum Fabiam tituli n. 5283. Cossignano denique Cuprensium fuisse probabile est.

5275 urna in forma di vascone di pietra, portante l'iscrizione in uno de' due lati più angusti BRVTI. Cossignani prope Ripatransone rep. iuxta moenia in fundo Francioni collocata in sepulcro, est apud canonicum Carminem Galanti.

L · AFRANIO · A · F a. u. c. 694
COS
CONSCRIP · ET COL
COL · VALENT

Descripsi ad ectypum. Est in vol. I n. 604 et in tabula Ritscheliana LXXXVIb. Phil. Bruti-Liberati *sulla via Cuprense* mem. II (1844) p. 9; mem. IV p. 8, mem. XXXIII p. 7, hic ad exemplum Bethmanni; ego *Bull. dell' inst.* 1847 p. 153; Ioh. Bapt. Compagnoni-Natali ligno expressam in eph. *Il Cestoni redatto per cura del circolo Cestoni in Monte Giorgio* a. 4 (Firmi 1877) p. 16—19. Henzen 5127.

4 extrema littera in ectypo i magis speciem prae se fert quam e. — Egimus de titulo Borghesius opp. vol. 7 p. 484. 520. 8, 99 et ego vol. I l. c. Mihi, ut ibi exposui, colonia Valentia videtur intellegenda Hispaniae citerioris, quae L. Afranio praesidi noto ex historia belli gesti inter Caesarem et Pompeium titulum posuerit in villa eius Picena.

5276 [= 6225] extat bis repetita in cippis ex lapide Tiburtino latis singulis c. 45. Prope Monte Prandone rep. PALMA; non lungi dal fucello Bugnoli poco men di 2 miglia dall' Adriatico MOZZETTI. Monte Prandone, contrada Ragnola, casino Giovanni Palermi GABRIELLI.

C · MARCILIUS
EROS · PVRPVRA
V · VIR · TRVENTI

Iulius Gabrielli Asculanus descripsit exemplum utrumque. De Paolis apud Ferd. Mozzettium *delle officine porporarie in Truento e Castro Truentino* (Teramo 1836. 8. pp. 15) p. 6 et apud Palmam 5, 199. Henzen 5176 ex ed. 1.

1 /MARCILIUS Gabr. (ex. I), G·MARGILIUS Gabr. (ex. II). — 2 PROS Gabr. (ex. I), PROS Gabr. (ex. II). — PVRPVRA Gabr. (ex. I), PVRPVRA Gabr. (ex. II), PVRPVRAP Mozz., PVRPVRAT Palma, qui emendat PVRPVRAR. — 3 in exemplari altero esse TRVENTI, in altero id ipsum iam legi, sed fuisse antea TRONTI adseverat Gabrielli, ut hoc ex illo recens descriptum esse suspicere.

5277 S. Benedetto apud de Paolis.

P · PANTILIVS
P · L · AVCTVS
VI · VIR · AVG
SIBI · ET · SVIS

De Minicis ms.

5278 Castorani ante fores basilicae ecclesiae ANDR.; in faccia alla torre in mezzo alla platea della chiesa ANON.

T · SENTIVS · MEN
SCRIB · VI · VIR
GARGONIA · ALETE
VXOR
5 T · SENTIVS · CHRISIMVS

Andreantonellius hist. p. 91, *ristr.* p. 10 (inde Lazzari apud Olivierium a. 1734; Mur. 743, 6 ab Antinorio; Colucci 14, 149); Lancellotti et Anonymus apud Lancellottium ms. f. 127 et apud Raffaellium ms.

Dedi ad Andreantonellium; exempla duo alia haec sunt: T·SESTIVS MENS... | ...VST·F·FLAVI NEP | GAPVONIA ALE... | VXOR | T SES- TIVS HI (vel FIL)..... Lancell.; I/NI/VS MENS | S/I VISONIC/ | GAP/ONIA AII/ | //VXOR | ESINII/ISCH/ Anonymus.

5279 [= 6227] litteris antiquis. Rep. a. 1818 M p. a Monte Prandone loco q. d. *Sologna di Ragnola* in fundo Sciarrarum, apud quos nunc extat Acquavivae VICIONI, DE PAOLIS. Abbas Sciarra dedit municipio Ripatransonensi, ubi extat in curia GABR.

P·BVXVRIVS·T·F
TRVENTINES QVIE
COINOMN·TRACALO
ARTECTA·SAEVE

Charta expressam misit Iulius Gabrielli. Vicioni *Ripatransone* (1828) p. 203 (inde Palma 1, 21); de Paolis apud Mozzettium l. c. (vide n. 5276) et Palmam 5, 199 ex lapide.

Lectio certa est. — 1 T·BVXVRIVS·T·F editores; at prima littera sine dubio π est formae quadratae, paenultima in parte superiore mutila potest fuisse et π et τ. — 3. 4 L hanc formam habet e. — 3 fin. ductus qui cernitur inter L et O sine dubio casui debetur nec pro i haberi potest. — Fortasse P. Buxurius [P.] f. *Truentine(n)s(is) quie(scit)*, coi (= quoi, cui) nom[en] Tracalo, arte tecta. Salve. Tecta mihi est τέχτης pro τέχτων, quod non magis barbarum est quam ἀρχιτέκτων Graecus Latine factus architectus.